



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 16. Connubium Galliarum Regis cum Britanniae Ducissa

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

si Successor Rex jam tori consortem ha-beret. III. Quavis Ducissa ex suo con-nubio prolem susciperet, nihilominus to-to vitæ tempore libere Ducatu frueretur, ad beneficia nominaret, eorumque colla-tiones expediret, addito tamen ipsius Re-gis nomine.

Sæcul. XV.  
A.C. 1491.

§. XVI.

*Connubium Galliarum Regis cum  
Britanniæ Ducissa.*

Rex ante omnia, ut conscientia tutus *Comm. l. 7. c. 3.* esset, Romæ a summo Pontifice li-teras impetravit, quibus duplici dispen-sationis beneficio Regis connubium cum Margarita Austiraca, illud vero Romano-rum Regis cum Britannicæ Ducissa nul-lum fuit declaratum. Postea cuncti ju-ribus, quæ sibi in Ducatum competere contendebant, in Franciæ favorem cede-re jubebantur: hos inter præcipui erant Arausionensis Princeps, necnon Joannes Filius Albreti, atque Vice-Comes de Rohan. Ex istis prior erat filius Catha-rinæ Drocensis, quæ Francisci I. Bri-tanniæ Ducis soror extitit; illorum alter vero Catharinam de Vuxo Navarræ Re-ginam conjugem habebat: Ultimus de-nique connubio junctus erat Filia secun-do genitæ Francisci I. Ducis. Hi om-nes juris sui cessionem idoneis instrum.  
*Hist. Eccles. Tom. XXX. G g tis*



Secul. XV.  
A.C. 1492.

tis testatam facere compellebantur, eisque damnorum compensatio spondebatur. Tandem ad conservanda Provinciae Ordinum jura, atque privilegia Carolus specialia cum eis pacta erexit, quibus utrinque acceptatis, Anna Britanniae Ducissa ad castrum de Langeſis deducitur, ubi mense Decembri anno salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo primo Gallorum Regi nupsit; Regios vero Sponſos Albiensis Episcopus solemniter, eaque publica prece in castrum facello conjunxit. Re comperta totum regnum in laetitia insolitam effundebatur, cunctisque in urbibus festivae communis gaudii voces resonabant.

## §. XVII.

*Galliarum Regina in oppido S. Dionysii coronata, ac Parisios solemniter ingressa.*

*S. Gelasis  
hist. de Louis  
XII.*

His fauste peractis Aula regia Langeſis Turonium, inde ad oppidum S. Dionysii delata est, moram ibidem trahens, usque dum solemniter novae Reginae coronatio fieret, quae etiam ineunte Februario anni millesimi quadringentesimi nonagesimi secundi pompa vere regali celebrata fuit, populo laetanter acclamante. Demum Lutetiam Parisiorum delata die nona ejusdem mensis solemniter pompam urbem